speculantes in eadem imaginem transformamur de gloria in gloriam tamquam a dni spu.
sicut enim hic ait de gloria in gloriam. & ibi ex fide de gloria scilicet euangelii quo nunc
credentes inluminantur. in gloria ipsius incommutabilis & manifestae ueritatis. qua
tunc commutati perfruantur. Ita ex fide uerborum quibus nunc credimus quod nondum
uidemus. in fide erium quam aeternum quod nunc credimus obtinebimus. secundum
sententiam hanc & iam illud dictum est a Iohanne in epistula ad parthos.
dilectissimi nunc filii dei sumus & nondum apparuit quid erimus. scimus quia cum ap
paruerit similes ei erimus. qm uidebimus eum sicuti est. unde enim nunc filii dei sumus.
Nisi quia dedit eis potestatem filios dei fieri. credentibus in nomine eius. ut uideamus
in aenigmate. unde autem tunc similes ei erimus. nisi qm ut ipse ait. uidebimus eum
sicuti est. quod & iam dictum est. tunc autem facie ad faciem. Illam ergo fidem
praesentissimae ueritatis plerisque non intellegentibus uideri potest. dns noster disci
pulissuis non ad id quod petierunt respondisse. cum enim dixissent. dne auge nobis
fidem. ait illis. si habueritis fidem tamquam granum sinapis dicetis huic arbori
moro eradicare & transplantare in mare & oboediret uobis. deinde sequitur.
Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem. cum regresso de agro
dicit illi statim. transi recumbe & non dicitei paratum quod cenem. & praecinge te &
ministra mihi donec manducem & bibam. & post haec tu manducabis & biber.
Numquid gratiam habet seruo illi quasi ei imperat non puto. sic & uos cum feceri
tis omnia quaecumque praecepta sunt uobis. dicite seruis inutiles sumus quod debu
imus facere fecimus. quid haec pertineant ad id quod dictum est. dne auge nobis
fidem. difficile apparet nisi intellegamus ex fide in fidem. id est ex fide ista inqua
ministratur do illa fide eo significasse transferri ubi fruantur do. augebitur enim
fides cum primo uerbis praedicantibus. deinde rebus apparentibus creditur. sed
illa contemplatio summam quietem habet quae in aeterno di regno tributur. summa
uero quiet illa praemium est iustorum laborum quum ecclesiae ministratione per
aguntur. & ideo quamuis in agro aret seruus aut pascat. hoc est in uita saeculari.
uel terrena uerset negotia uel stultis hominibus tamquam pecoribus seruat ut opus
est. ut post illos laborem domum ueniat. hoc est ecclesiae societur. laboret & iam
ibi ministrans dno suo donec manducet & bibat. nam & esuriens ille poma quaesiuit
in arborem & a samaritana aquam sitiens postulauit. manducet ergo & bibat
confessionem & fidem gentium ministrantibus. hoc est euangelizantibus seruis

32v

31v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod957/0068